merospitati testiumque dicitur vidisse, interfuisse, et veraciter ita
extitisse. A. Ertinatia enim etiam si voluerit caelum et terra
dicere non esse poterit. unde est illud, quia insipiens in corde suo Deum
non esse dicit. Mendatii igitur destruitur hic moles a suis tribus spe-
ciebus. Incredibile itaque est, ut sapientia totius mundi Roma ex-
communicatum quemlibet sibi caput fecisset. Impossibile etiam
erat, ut a quolibet vili homullulo tam vivida virtus senatum in-
vadi potuisset. Unde per contrarium est, ut nisi absolutus et omnino
placidus, aequa cunctorum voluntate ascendi potuisset. Absolutus in-
quam fuit. I. Absolutus dicis? A. Utique. I. Juste? A. Juste
an iniuste, absolutum probo. I. Ergone absolutus, ut habuisset
f. 114' facultatem sua dimissa. suaque perdere. scandere ad primatum
quod ne fieret, scripto iuramentoque perpetuaverat. Stane hoc
licitum? A. Non equidem. I. Qui ergo absolutus? A. Ascendit.
I. Licite? A. Non. I. Quare? A. quia aeternum firmaverat.
I. Et si illicite insuper et hoc firmasse aeternum asseris, quare
ergo subiit? A. Ob utilitatem videlicet. Et quidem fecit quia
profuit; fecit et hoc iure. I. Superius concessisti factum illicite,
et nunc astruis iure? Illicite enim et iure, primas modos
contrariorum, non habet medium. Si quippe illicitum fuit, iure
non potuit; quod si iure factum fuit, illicitum non extitit. Unde
contrarium sonat, quod astruis. A. Maius est, plures perfundare,
quam unum salvare. Quicquid igitur fit, in duobus fit, factis
et dictis. Factum stat, dictum perambulat. Omnis itaque con-
iectura modos possidet tres: a causa, a persona, a facto. In
hac igitur causa huius personae voluntas est intuenda, ut a-